



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 6. Quare adhibentur Exorcismi?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

crefiat; sed magis illasus servetur ad majorem gratiam percipiendam.

Quest. 6. Quare adhibentur exorcismi super baptizandum?

Resp. Dehinc iterum, ut ait Divus Gregorius relatus in Canone, exorcizatur diabolus, ut suam nequitiam agnoscens, & justum super se judicium Dei timens, recedat ab homine; nec tam contendat eum arte sua subvertere, ne Baptismum consequatur; sed magis honorem Deo Creatori suo exhibens, reddat opus factori suo.

Can. Dehinc. De Consecr. dist. 4.

Quest. 7. Quare imponitur saliva auribus, & naribus baptizandi?

Resp. Postea salivâ oris sui, inquit sanctus Carolus, Parochus tangit infantis aures & nares, ut aperiantur nares ad accipiendum odorem notitiæ Dei & pietatis æterna, & ad discernendum bonum odorem à malo, sanam doctrinam à corrupta: aures autem ad audiendum mandata Dei, ut doctrina qua de ore Altissimi fluxit, per ejus aures intret & ea suaviter oleat.

S. Carol. Act. p. 4. De Cere- moniis, que priusquã Exp- ris. ministrantur adhibentur.

Quest. 8. Quare baptizandus cogitur ante Baptismum satanæ renuciare?

Resp. Ad obediendum dicto Christi qui dixit in Evangelio: Nemo potest duobus dominis servire; aut enim unum odio habebit, & alterum diliget, aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & mammonæ: qui est Deus opum. Addi potest quod ait Apostolus: Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? aut qua societas lucis ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial?

Matth. 6. v. 24.

2. Ad Corinth. cap. 6. v. 15.

Quest. 9. Quare obligatur baptizandus ad renunciandum operibus satanæ?

Resp. Primum interrogatur Paganus, ut